Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0002-0

1779.

1. Geisler, Carolus Henricus: Nonnulla de exhaustu gentilitio inter nobiles Imp. immediatos ex privilegiis statutisque equestribus non fundando. Programma, quo orationem aditialem Johann Beringii indicit.

2. Geisler, Carolus Henricus: Quaedam de antiquitatibus juris publici ex disciplina Byzantina repetendis. Programma, quo orationem aditialem Leonhardi Johannis Caroli Justi indicit.

3. Geisler, Carolus Henricus: De judicio super religione alterum ferendo disputatiuncula. Programma, quo orationem aditialem Johannis Jacobi Pfefferi indicit.

4. Geisler, Carolus Henricus: De loco investiturae breves animadversiones.

5a.b Gemmeten, Joannes Fridericus, a: De revisione actorum effectum suspensivum sanctione imperii de anno 1654 datam atque in judiciis ordinum imperii habente. 2. Sept. 1779.

1779.

6. Homberg zu Vach, Aem. Lud.: De usufructu materno in Hassia pro diversitate status et conditionis, quibus homines distinguuntur bonorum item atque locorum . . .

7. Iken, Arnoldus: De pupillorum ac minorum in bonis tutorum curatorumve pignore atque privilegio

8. Iken, Jacobus Ludovicus: De relegato debito. -

9. Robert, Carolus Guilielmus: De diverso poenarum genere ex mente C.C.C. indeque oriente dis- crimine inter delicta civilia et criminalia nequaquam negligendo.

1780.

1a. b. Geisler, Carolus Henricus: De jure fisci civitatum imperii. Programma, quo solemnia novi Prorectoris creando indicit. 2 Exempl.

2. Geisler, Car. Hen.: De consociatione bonorum diversorum

1782.

1. Geislerus, Car. Hen.: De fundo emtitio.

1783

1. Meyer, Volchardus: De jurisdictione delegata ejusque et mandatae differentiis

1784.

1. Plitt, Joannes Fridericus: De Germanorum erga feminas observantia

2. Plitt, Joannes Fridericus: De bonis natae macula secundum jus Germanicum

~~1~~. 1787.

1. Hofmann, Joannes Andreas: De juribus Imperatoris August. imperii Rom. German. circa legatos et nuncios pontificios in Germania . . .

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0005-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0006-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0007-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0008-3

AVCTORITATE

# FRIDERICI II.

LANDGRAVII HASSORVM

*RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI*

ORATIONEM ADITIALEM

VIRI CLARISSIMI

# IOHANNIS BERINGII

PROF. PHILOS.

A. D. XXIV. DECEMBRIS AN. CIↃIↃCCLXXIX.

HAB.

INDICIT

## CAROLVS HENRICVS GEISLER

SER. LANDGR. CONS. REG. PROF. ORD. IVR.
PVBL. FAC. IVRID. ASS. ET ACAD.
H. T. PRORECTOR

---

*DISPVTANTVR INTVS NONNVLLA DE RETRACTV GENTILITIO INTER NOBILES IMP. IMMEDIATOS EX PRIVILEGIIS STATVTISQVE EQVESTRI BVS NON FVNDANDO.*

---

MARBVRGI
EX OFFICINA BAYRHOFERIA.

1779, 1.
263.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0009-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0010-4

## §. I.

## INTER NOBILES IMPERII IMMEDIATOS RETRACTVS GENTILITIVS SAEPENVMERO EX PRIVILEGIIS CAESAREIS ET ORDINATIONIBVS EQVESTRIBVS REPETITVR.

Fuerunt ſubinde noſtra tempeſtate, qui priuilegiis et ordinationibus equeſtribus ad fundandum inter Nobiles imperii immediatos retractum gentilitium vterentur atque ex his adeo conſanguineos ſine vllo diſcrimine ad retrahendum admitterent. Quae opinio an probari poſſit aut debeat, non inutiliter quaeritur. Propagari enim coepit ad forum, dudumque licet improbata LVDOLFO a) multos tamen iudicantium in iudiciis imperii occupaſſe dicitur, vt haut mireris, non paucos etiam eorum, qui de iure reſpondent, ſic exiſtimare, quaſi dubii haberet nihil, quod vniuerſus Nobilium illorum ordo quam pertinaciſſime negare ſolet, cauſſaeque et rationi priuilegiorum prorſus aduerſari contendit.



a) in Sympher. To. III. p. 271. ſqq.

## §. II.

## PRIMVM QVOD PLANE VERBA HOC FERANT.

Itaque vt mori ingenioque obſequar meo, ac ſine vllis ambagibus hunc locum breuiter perſtringam, ii, qui illam opinionem defendunt, primum ſic diſputant, vt ipſa fere verba priuilegiorum planiſſime id prodere contendant. Ea enim omnia, quotquot hac de re habeantur b), commemorare agnatos et propinquos, inprimiſque Ferdinandum II. Imperatorem An. CIↃIↃCXXIV inter Nobiles Sueuicos c) ſtatuiſſe, *daß wenn ein adeliches Mitglied der fünf Viertel im land zu Schwaben ſeine adeliche Güther kaeuflich hinzugeben vorhabens, er forderiſt dieſelbigen ſeinen Freunden, hernach andern von der Ritterſchafft anbiethen und denſelben den Vorkauf in gleichmäſigem billigen Werth verſtatten ſolle — im Fall aber der Verkäufer ſich mit einem hoehern, mittleren oder niederen Standsgenoſſen, der unter der Ritterſchaft conſortio und Gemeinſchaft nicht begriffen, kaeuflich einlaſſen würde, ſo ſolle alsdenn des Verkaufers Verwandten und Agnaten, worinnen die praerogativa gradus in acht zu nehmen, wann ſich mehr dann ein Loeſer und Einſtän-*

b) v. WEBERVS de retractu nobilibus imperii immediatis per priuilegia Caeſarea conceſſo §. 2.

c) ap. LVNIGIVM in *dem Reichsarchive* Part. Spec. Cont. III. *Abth.* VII. *Abſ.* I. (Vol. XII.) p. 83. ſq.

*ſtänder angeben ſollte, folgends einem andern Mitglied aus der Ritterſchaft Mittel und letzlich, wenn ſich auch kein privat Mitglied hierzu angeben würde, dem gemeinen Ritterlichen Corpori den Abtrieb und Einſtand zu thun gebühren.* Quo quidem loco plerumque arbitrantur ius et protimiſeos et retractus, quem proprie dicimus, agnatis ſine vllo diſcrimine tributum, vt in dubium vocari ſine calumnia quadam interpretandi non poſſet.

## §. III.

## DEINDE QVOD CAVSSAE PRIVILEGIORVM ET CONSTITVTIONVM HOC IVBEANT.

Neque vero his ſolis id effici perhibent, ſed praeterea etiam ex cauſſa priuilegiorum et Ordinationum idem adparere putant. Proſpectum enim his ſplendori familiarum, vehementerque errare, qui a conſeruatione vniuerſi Ordinis ea repetere cupiant. Leopoldum quidem Auguſtum An. CIↃIↃCLXVI. priuilegium Rudolfinum Nobilitati Rhenanae ac Wetterauicae tributum d) planis verbis confirmauiſſe *ſamt der zu Erhaltung der Familien dabey gethanen Erklährung und Erläuterung, daß nemlich in denen Fällen, wann einem weitern Verwandten oder gar extraneo aus Mittel berührter Ritterſchaft ein eigenthümlich*

d) in *des H. R. Reichs ohnmittelbaren freyen Ritterſchaft am Rheinſtrom, in der Wetterau und zugehörigen Orten Raths-Satzung und Ordnungen* p. 101.

*lich Lehen oder Angehör, wo die gelegen, verkauft, verſetzt oder einigerley Weiſe veräuſſert wird, den nähern Verwandten der Vorkauff, Abtrieb und Einſtand bey einem ſolchen verkaufften oder veralienirten Gut — gegen Leiſtung der Gebühr geſtattet werden ſolle — wie dann ohne Vorwiſſen der Agnaten und Intereſſenten vorgegangene oder heimlich und unbillig vornehmende Contract zumahl unbündig unnachtheilig und an der Loſung ihnen, ſonſten auch in Mangel deren andern Adelichen Mitgliedern unverjährlich ſeyn ſollen.* Adprime etiam haec omnia congruere menti et conſilio Nobilium, qui cum olim in conuentu Eſlingae An. CIƆIƆXC. adcurate hac de re ſtatuerint, inter alia in Receſſu ipſo §. 2. hanc eius cauſſam reddant: *daß ſogar an etlichen Orten denen Adelichen Blutsverwandten das Einſtandsrecht nicht will geſtattet werden*, eodemque modo in Ordinatione Franconica e) et Rhenana f) de conſtitutione retractus ſic ratiocinentur, vt plane ſcribant, *ſintemahlen die Erfahrung bezeuge und nur allzuviel offenbar, was in kurzer Zeit für anſehnliche ſtattliche Adeliche Güter nicht allein von ihren Geſchlechten, ſondern gar aus der Ritterſchaft Anlagen, Gewalt und Gemeinſchaft in anderer Haende, dahero ſelbiger wegen keine Reverſion mehr zu gewarten, kommen.*

§. IV.

e) P. I. tit. 15. f) P. I. tit. 14.

## §. IV.

## DENIQVE QVOD ANALOGIA IVRIS SIC POSTVLET

Poterat his cauſſa confecta videri, aſt vt liberales iudicentur, neque quidquam reliqui faciant, quod ad confirmandam opinionem vim habere queat, addere ſolent inſuper fauorem retractus gentilitii, adeo illum communi maiorum more fundatum, vt, quantum minime poſſit, particulari iure detractum ei praeſumere debeas. Nobiles quidem imperii, qui paterni iuris ſemper fuerint tenaciſſimi, prorſus eſſe improbabile, aut condendis legibus aut impetrandis priuilegiis derogaturos fuiſſe mori vetuſto, imo vero illis omnibus tuituros eum ab interitu fuiſſe videri, plane vt Comites, quorum hac de re inſtituta ius equeſtre mirifice illuſtrent. Hos enim, qui aliis quoque in cauſſis multum cum Nobilibus Imperii habeant commune, non prius deſtitiſſe, quam An. cIↃIↃCCXV. ab Imperatore g) impetrarent, *ſo viel die Kaiſerliche Beſtaetigung des iuris retractus anbetrifft, ſind Ihro Kaiſerliche Majeſtaet mildeſt geneigt, ſolche, auf beſonderes Anſuchen durch einen ordentlichen Freyheits- und Gnadenbrief dahin gnaedigſt zu ertheilen: Gleichwie dieſes ius nach Satzung der allgemeinen Rechten, einem jeden zu Nutz und*

g) apud LVNIGIVM in Theſauro Iur. Comitum pag. 909.

*und Troſt eingeführet worden, alſo auch daſſelbe einem Reichs-Grafen-Stand nicht zu verſagen, und zu deſſen Handhabung die hoechſten Reichs-Gerichte angewieſen werden ſollen. Dahero diejenigen Reichs-Graefliche Lande, Güter, Unterthanen, Zinnſen, Renthen und Gefaellen, welche inskünfftige von einem, oder anderm ihrem Mit-Stand verkaufft, oder ſonſten veräuſert und von niemand aus deſſen Verwandſchafft eingeloeſet werden wollen, oder wegen Abgang der Mittel, nicht zuruck geloeſet werden koennen, ein anderes Mit-Glied desjenigen Reichs-Graeflichen Collegii, darzu ſolche Güter gehoerig, oder auch eines der übrigen Graeflichen Collegiorum gegen Erlegung derer Gelder, worvor ſie verkaufft, oder veräuſert worden, nach Zeit und Ziel der allgemeinen Rechten wieder anzuloeſen und an ſich zu bringen Fug und Recht haben ſollen,* ſatiſque conſtare, hoc priuilegio potiſſimum Loewenhauptios ad fundandum retractum gentilitium in tribus quartis dynaſtiae Reipoltſkirchenſis contra Hilleſhemios h) auctore BRVNQVELLO vſos eſſe.

§. V.

h) *in der actenmäſſigen Facti Specie und Rechtsgegründeten Beweiſse, daß dem Herrn Grafen Carl Julio von Löwenhaupt und deſſen nachgelaſſenen Erben das Näherkauf- oder Einſtandsrecht an den drey Viertheilen der freyen Reichsherrſchaft Reipoltskirchen, ſo Carl Aemilius Friederich Koenigsmark und Guſtav Otto ſämtliche Herrn Grafen von Löwenhaupt, wie auch Herr Wolfgang Heinrich Graf von Manderſcheid-Kayl an den Churpfälziſchen Geh. Rath und Ober-Praeſidenten Herrn Graf Franz Caſpar Wilhelm von Hillesheim verkaufet haben, vermöge Gött- und weltlicher, beſonders aber Teutſcher Rechte zuſtehe.* (ſ. l. 1735. fol.) Sect. II. §. 39. p. 21.

## §. V.

## SED RETRACTVS GENTILITIVS INTER NOBILES IMP. NON VNIVERSALITER INTRODVCTVS.

Iam facile patior alios cum DREYERO i), STRVBENIO k) et WINKLERO l) retractum gentilitium in eo iure ponere, quod per omnem late Germaniam valeat, quamquam ne per illos quidem viros, quos maximi ceteroquin, vt par eſt, facere ſoleo, res plane mihi expedita videatur, cum bona ſtemmatica, a quibus eum vnanimi ſententia repetunt, nullo vmquam tempore m) generaliter inter nos inſtituta fuerint. Sed quidquid ſit huius rei, quam nunc non diſputabo, ego quidem non video, quid hoc loco valeat retractus Comitum, quorum alia plane eſt ratio, illudue vnum exemplum Loewenhauptiorum, quos ne litem quidem peregiſſe, ſed ad extremum tranſigendo An. CIƆIƆCCLIV. compoſuiſſe conſtat. WALCHIO certe V. A. n) concedere nequeo, Nobilibus imperii generatim eum poſſe aut debere tribui, ſed probatione cauſſiſque ſingularibus inter eos opus eſſe arbitror. Quod vt planum fiat, nec per ſolam cupiditatem obloquendi dictum a me vi-



i) de vſu iur. Anglo S. p. 12.

k) in *den Nebenſtunden*, To. V. p. 57 ſqq.

l) de retractu gentilitio iuris germanici vniuerſalis prouocantem in fundata intentione omnino conſtituente. §. VII. ſqq.

m) v. REINHARD *vom Erbfolgerechte der Töchter*, c. III. §. 4. p. 105.

n) *im Naeherrechte* p. 38.

videatur, vtar ipſa eorum auctoritate. In conuentu enim vniuerſi Ordinis An. CIƆIƆCXXII. Rotenburgi ad Tubarim loco quodam Receſſus, quem paullo poſt pluribus perſequar, planis verbis ſanxerunt: *wann einer von Adel an ſeines gleichen und Standsgenoſſen adeliche Güther zu verkaufen pflegt, daß alsdann die nächſte Agnaten ſich de iure des Retractes nicht zu unterfangen, es waeren denn ſonderbare Conſuetudines, Tractaten und Vertraege vorhanden, ſo die adeliche Geſchlechter unter ſich aufgerichtet und in Vertraegen haben.* Neque obiici mihi poteſt priuilegium Leopoldinum, quod ſupra (§. III.) commemoraui. Intelligi enim hoc debet, quemadmodum ex ſequentibus adparebit, de propinquis extra conſortium corporis equeſtris conſtitutis, nec pertinet adeo ad retractum gentilitium, ſed ad equeſtrem, quem vocamus.

## §. VI.

## AC PLANE DIVERSVS A RETRACTV EQVESTRI.

Ab hoc enim quammaxime differt retractus gentilitius. Quod non modo probant ipſa priuilegiorum ordinationumque verba, quae nunc non repetam, ſed inprimis etiam permultae Nobilium orationes et epiſtolae, ex quibus paullo poſt diſputationem inſtituam. His autem eo maior vis in hac quaeſtione tribui debet, quo magis totum illud retractes equeſtris inſtitutum ab iis et quae primum

An.

An. CIↃIↃLX. in Sueuia o) hac de re inter ſe conſtituerunt, ortum cepiſſe conſtat. Nolo ſine cauſſa maxime poſt SOMMERVM vel AYRERVM p) potius copioſus videri. Alias poſſim etiam ex cauſſis inſtituti diſcrepantiam, quam contendo, planiſſime demonſtrare. Nam etſi non perhibeo familias, quarum cauſſa in retractu gentilitio quammaxime agitur, in equeſtri illo genere introducendo plane eſſe neglectas, ex hiſtoriis tamen ipſiſque conſtitutionum formulis quam euidentiſſime adparet, Corporis potiſſimum ea in re habitam fuiſſe rationem. Legantur modo, quae ex An. CIↃIↃLX. mox commemoraui, aut Nobiles An. CIↃIↃLXXVIII. Rudolfo Imperatori q) retulere, neque ad fauorem illum familiarum rem auſis amplius referre. Quod ſi vero diuerſa vtrique rei ſubeſt cauſſa, qui tandem poſſunt ea, quae de equeſtri conſtituta ſunt, ad retractum gentilitium conferri? Exinde quidem, quod propinquis etiam in equeſtri ſuo modo proſpectum eſt, non conſequitur, vt abſolute ſibi ex illis priuilegiis et conſtitutionibus retractum gentilitium ſumere queant, praeſertim qui formam penitus ab illo altero abhorrentem habeat, quod nunc planius eſt faciendum.

 §. VII.

o) art. 30. ap. LVNIGIVM in Archiuo imp. loc. cit. p. 45.

p) in Vindiciis libertatis Nobilium contra extenſiones S. T. c. IV. §. 68.

q) ap. MOSERVM in *den kl. Schrift.* To. II. p. 91. ſq.

## §. VII.

## PRIMVM QVIDEM TEMPORE.

Ac primo quidem tempus retractus equeſtris ex priuilegio Leopoldino r) eſt triennium, contra vero retractus gentilitius intra eum terminum ſe continuit, quem ius commune s) poſuit, h. e. annuum. Intellexerunt hoc potiſſimum recenti memoria Equites ad Rhoenwerram conſtituti. Nam cum An. CIƆIƆCCXLIX. ad inferiores partes Rheni nonnulli retractum gentilitium in infinitum adeo inter Nobiles extendere coepiſſent, Praefectus cum Adiunctis ex iis maxime, qui ad ſuperiorem fluuium conſident, de iure et conſuetudine quaeſiuit. Hi, dum ſibi non liqueret, ad medium flumen conuerſi, atque inde ad Ottenwaldenſes, qui tum principatum rerum equeſtrium tenebant, res perlata, quibus tandem Rhoenwerrani rogati ea de re ſententiam An. CIƆIƆCCL. ita reſponderunt, vt in iure communi permanendum contenderent. Lubet vero ipſam epiſtolae formulam, quantum quidem ſcio, nondum editam ex ſcriniis proferre: *Gleichwie dasienige ius retractus, welches ſowohl in der Franckiſchen Ritter-Ordnung Parte I. Tit. 15. als auch in priuilegiis Caeſareis gegründet iſt, lediglich wider extra conſortium equeſtre*

r) ap. LVNIGIVM loc. cit. *Abſ.* II. p. 94.

s) v. WALCHIVS loc. cit. p. 187 ſq. et BOEHMERVS de initio praeſcript. annalis in retractu §. I. in Elect. iur. ciu. To. II. p. 692 ſq.

*ſtre ſich befindende Käuffere und im genere bey denen incorporirten Reichs-Ritterſchafftlichen Gütern ſtatt hat, von welchem privilegirten retractu der ſonſt eingeführte retractus gentilitius unterſchieden, uns aber eben ſo wenig bekant iſt, daß desfals dem Reichs-Ritter-Corpori durch beſondere Kaiſerliche Handveſten oder durch ein ſtatutum und Herkommen etwas ſingulares zuſtehe: als ſind wir der unvorgreifflichen Meinung, daß quoad Retractum gentilitium ſeu conſanguinitatis, wenn zumahl ſich deſſen bey denen a maioribus anererbten und angefallenen bonis auitis gegen incorporirte Ritter-Mitglieder bedienet werden will, lediglich denen gemeinen Rechten nachzugehen, folglich das in jenen vorgeſchriebene tempus anni et diei zu beobachten ſey, woraus denn der Schluß von ſelbſten zu machen, daß dergleichen Abtrieb nicht in perpetuum praetendirt werden könne.*

## §. VIII.

## DEINDE VERO ETIAM BONIS.

Adparet vero etiam ex hac epiſtola, quod altero maxime loco dictum ſit, ſubeſſe vtrique retractus formae rem diuerſam. Nam ad retractum equeſtrem vſurpandum ſatis conſtat vnice requiri, vt bonum relatum ſit in numeros matriculamue Nobilium, tributiſque aut aliis modis huic ordini obnoxium, quocumque ceteroquin modo aut iure a poſſeſſore teneatur. Notum hoc eſt vulgatumque adeo inter

inter omnes, vt ne vlla quidem auctoritate iuris opus habeat maxime poſt ea, quae apud CRAMERVM t) hac de re praeclare diſputata ſunt. Contra vero in retractu gentilitio exercendo vim quidem ſuam, vt ex ſequentibus intelligetur, nonnumquam habere poteſt illa boni retrahendi inſcriptio, ſed per ſe tamen ac proprie circumſpiciendum eſt, an a maioribus ex ſucceſſione generis, vt TIRAQVELLVS u) ait, ſit profectum, bonique adeo auiti qualitatem habeat. Nam etſi non deſunt inter iuriſconſultos, qui SCHILTERI v) maxime auctoritate permoti retractum gentilitium etiam in bonis recentibus nouiterue adquiſitis admittant, rati quippe, quidquid fundorum adquiratur, vniuerſae familiae adquiſitum videri: dudum tamen confutata fuit haec opinio ab aliis, inprimis LEYSERO w) et WALCHIO x) atque eo quidem certius deſeri debet, quo planius iam a BRANDIO y) V. A. effectum eſt, ne olim quidem id, quod fundamenti loco ab aduerſariis ponitur, in tanta illa bonorum auitorum inter maiores noſtros multitudine locum habuiſſe. Ex hoc enim neceſſario conſequens eſt, vt, quod maiores ſeruandorum bonorum adeo ſtudioſi non habuerint, multo nos minus contra quotidianum rerum vſum, quem hoc loco rectiſſime

vrget

t) in *den Wezlar. Nebenſt.* P. LXXXVI. p. 81. ſqq.

u) de retraict lignagier §. 32. gl. vn. n. 1. To. III. Opp. p. 403.

v) in Exerc. ad Pand. XXX. §. 138.

w) Spec. CXCIII. med. 3.

x) loc. cit. p. 253 ſqq.

y) de natur. bon. auit. c. IV. §. 63 ſq.

vrget Cramervs z), ſine peculiari aut teſtamento aut conuentione, aut more hac noſtra tempeſtate conſtituamus inter Nobiles imperii ſolis verbis priuilegiorum aut ordinationum equeſtrium premendis, praeſertim cum hi ipſi quondam An. cIↃIↃCXXII. per ſuperiorem diſputationem (§. V.) plane aliter hac de re conſtituerint.

## §. IX.
## TANDEM IPSIS ADEO PERSONIS.

Necdum autem exhauſtum eſt omne genus diſcriminis, ſed ſupereſt adhuc alia eaque praecipua fere vtriuſque retractus diſcrepantia. Nam cum ad gentilitium ſufficiat ſolum propinquitatis et agnationis vinculum, ad equeſtrem contra praeter illud requiritur quammaxime, vt retracturus primum conſors ſit conſociationis equeſtris, deinde vt retrahatur ab eo, qui extra conſortium Nobilitatis immediatae ſit conſtitutus. Equidem bene noui hunc rei eſſe cardinem, in quo lis potiſſimum verſetur, meminique adeo non modo apud Cramervm aa), quem paullo ante commemoraui, contrariam in partem diſputari, ſed ſecus etiam ſubinde iudicatum videri. At ne repetam forte ea, quae nuper admodum Klotzivs bb) (hunc enim auctorem libelli

z) in *den Wezlar. Nebenſt.* To. XVIII. p. 78 ſq.

aa) in *den Wezl. Nebenſt.* P. LXXXVI. p. 77 ſqq.

bb) in *der Rechtl. Ausführung der Reichs-Ritterſchaftl. Einſtand-Rechtes* (ſ. l. 1771. fol.) p. 22 ſqq.

libelli elegantis cc) produnt) copioſe oppoſuit, praeter cauſſas inſtituti, quo contra externos potiſſimum ab interitu Corpus defenſum admonui, repugnat inprimis auctoritas Nobilium ipſorum, qui quidem illo loco Receſſus Rotenburgici, quem abſciſſum ſupra (§. V.) retuli, iamque integrum proponam, planis verbis ita hac de re conſtituerunt: *wann einer von Adel an ſeines gleichen und Standsgenoſſen adeliche Güter zu verkaufen pfleget, daß alsdann die nächſte Agnaten ſich de iure des Retractus nicht zu unterfangen, es wären dann ſonderbare Conſuetudines, Tractaten und Verträge vorhanden, ſo die adelichen Geſchlechter unter ſich aufgerichtet und im Herkommen haben. Im Fall aber ein adelich Guth aus dem Mittel der reichsgefreiten Ritterſchaft auf einen höhern, mittlern oder niedern Standsgenoſſen, ſo keiner von Adel, käuflich transferiret würde, alsdann gebühre der Einſtand billig den Agnaten und nächſten Verwandten vor den Fremden, und wenn die Agnaten nicht zu lœſen begehrten, alsdann erſt ſeyen die andern adeliche Mitglieder, ſo extranei ſeyn, zu admittiren, inmaſen aus denen hierüber ertheilten kayſerlichen Privilegien mit mehrerm zu erſehen.* Ex quo quidem vtrumque illud, quod ſupra poſui, euidenter ſatis adparet, dd) reperioque etiam non modo praeter alios iuriſ-

con-

cc) v. MOSERI *Nachr. von Reichsritterſch. Sachen* p. 627.

dd) v. c. HARPRECHTVM Conſ. LXXXIII. n. 498 ſqq.

conſultos NEVMANNVM ee) inprimis ſcribere: *agnatis et cognatis quidem equeſtribus competit retractus, ſed requiritur tamen, vt ſint membra eiuſdem nobilitatis*, verum vniuerſos quoque Nobiles imperii ita plane hac de re ſtatuere. Nam cum An. CIↃIↃCCLXXII. per contrariam aliquam ſententiam iuri ſuo detractum in comitiis Norimbergenſibus cenſuiſſent, addito libello, quem ſupra laudaui, ita inter alia per epiſtolam, quam nunc quidem integram non edam, communi nomine ad Imperatorem retulerunt: *der anmaßliche retractus conſanguinitatis iſt ſowohl nach denen gemeinen Rechten, als beſonders nach den ritterſchaftlichen allgemeinen Verbindungen, Statutis, Correſpondenzrecesſen, denen von Kayſerlicher Majeſtaet der ohnmittelbaren freyen Reichsritterſchaft ertheilten auch folgends von Zeit zu Zeit beſtätigten und weiter extendirten Privilegien ſuper iure retractus und deren Analogie, dann denen bewährteſten Rechtslehrern und verſchiedenen bey E. Höchſtpreißlichen Kayſ. Reichshofrath ſich ergebenen praeiudiciis gänzlich ungegründet, und kann ſich keiner von Adel, der nicht zugleich ein ritterſchaftliches Mitglied iſt, einer Auslöſungs-Gerechtigkeit gegen ritterſchaftliche commembra praevaliren, indem dieſes der Abſicht der Rittervereine und kayſerlichen Freyheitsbriefe, welche eben die Beybehaltung derer Rittergüter bey dem Corpore und in Handen der adelichen Mitglieder zum Hauptgegenſtande gehabt, ſchnurſtracks zuwider ſeyn würde, geſtalten man eben hierdurch alle und jede extraneos von Acquirirung dergleichen Güter ausſchlüſſien, nicht aber ihnen dadurch einen Zugang dazu eröfnen wollen*, quibuſcum etiam ea, quae a Conſilio imp. aulico Imperatori ff) aliquando relata ſunt, adprime congruunt.

 Pote-

ee) de pact. et contr. Principum lib. I. tit. 13. §. 377. in Meditatt. iuris priu. Principp, To. VI. p. 240.

ff) ap. MOSERVM in *den Beytr. zu Reichs-Ritterſchaftlichen Sachen* p. 792.

* * *

Poteram plura hac de re diſputare, inprimiſque referre, quae ICti aliquando Erlangenſes ſecundum Tubingenſes me interprete contra Heidelbergenſes contenderunt. Neque hoc autem et temporis et inſtituti breuitas patitur. Itaque ab hac quaeſtione, quam inprimis ad acuendum ſtudium philoſophandi, ſine quo omne ius noſtrum in foris perperam tractatur, alumnis diſciplinae meae propoſui, tranſeo potius ad

VIRVM CLARISSIMVM

# IOHANNEM BERINGIVM

cui vltro nuper PRINCEPS INDVLGENTISSIMVS Profeſſionem Philoſophiae in hac noſtra Academia honorifice decreuit. Intellexit enim et opportunitates philoſophiae recte tractandae augeri nimis non poſſe, et vero etiam ornamenta et praemia ex iure edictoque deberi viro, qui, cum per complures annos, quantum per officii ſui partes, quibus ſtrenue functus eſt, fieri poſſet, totum fere ad ſtudia philoſophiae ſe priuatim contuliſſet, eoque omni mentis impetu contenderet, ſpem faceret certiſſimam, fore vt iiſdem ſtudiis rem noſtram etiam publice adiuuet. Atque hanc ſpem etiam alit confirmatque mirifice omnis vitae ratio, quam, quemadmodum ab ipſo ſcripta eſt, hic referre lubet:

De genere ortuque meo pauca habeo, quae dicam. Natus ego ſum Hofgeiſmariae, Haſſiae inferioris oppido, An. MDCCXLVIII. Patrem habui Ioh. Georg. Beringium, piarum cauſſarum adminiſtratorem, matrem vero Eliſabetham Köhleriam ex eodem illo oppido a ciue honeſto ortam, quos ambos, ante aliquot licet annos iam defunctos, pie veneror. Studiorum maxime ratio haec fuit. Primis litterarum artiumque fundamentis non adeo proſpere in patria ipſa iactis, Hersfeldiam in gymnaſium contendi eo animo, vt ea mihi pararem ibi ſubſidia, quibus nemo litterarum ſtudioſus facile carere poteſt. At enim mox in-

intelligens ſitim meam ibi non ſatis expleri, ad hanc Academiam me contuli, ratus quippe ex fonte ipſo melius hauriri. Cooptatus inter alumnos Principales, nihil habui antiquius, quam vt neglecta ſupplerem hisque theologiam, cui iam ab initio me dicaueram, in omni ſuo ambitu ſuperſtruerem. Pertractatis igitur hac mente rebus philologicis, philoſophicis, nec non hiſtoricis, quae theologum quam maxime ornant, praeeuntibus mihi maxime optimis integerrimisque viris Coingio, Haſio, Schroedero, Waldino & Curtio, ipſam theologiam adgreſſus ſum, ad quam mihi Wyttenbachius, Duiſingius ac Robertus, quorum de me merita nunquam ex animo elabi patiar, viam monſtrarunt. Abſoluto hoc modo quinquennio cuilibet alumnorum praeſcripto, examen pro Miniſterio, quomodo vocatur, ſubii, moxque Caſſellis rite tentatus in numerum candidatorum relatus ſum. Praeſtitis autem, quae a R. M. candidato expectantur aut deſiderantur, multa adhuc, quorum notitia theologo non modo vtilis, ſed neceſſaria etiam, neque vbique tamen comparanda eſt, deeſſe mihi arbitratus, ita ferente prouidentia diuina ad Robertum redii, ſtudiisque et educationi filii, bonae ſpei adoleſcentis, per aliquod tempus praefui. Inde a diſceſſu Krafftii, ſacris nunc apud Duiſburgenſes operantis, ſtudiis moribusque alumnorum Principalium regundis admotus, per quinquennium et quod excurrit, huic officio vacaui. Inter haec igitur omnia, quanquam ad theologiam curſum inprimis dirigebam, ſemper tamen tractaui philoſophiam, neque quidquam prius habui, quam vt recentiorum veterumque huius ſcientiae magiſtrorum placitis animum imbuerem, bene quippe ac mature intelligens, theologum abſque ſolidiore philoſophiae cognitione, noſtris praeſertim temporibus, officio ſuo bene fungi non poſſe. Vnde, cum mox natum ſit deſiderium meas, ſi quidem liceat, qualeſcunque vires omnes his rebus impendendi, facile intelligi poteſt, quam me beatum, quam deuinctum ſibi reddiderit PRINCIPIS INDVLGENTISSIMI voluntas, qua ego in hoc munere conſtitutus ſum.

Adibit

Adibit hoc a. d. XXIV. Decembris oratione ſollemni, qua de *recentioribus quibuſdam philoſophiae contemplatiuae excolendae ſtudiis* dicturus eſt, indulgentiamque PRINCIPIS OPTIMI cum fauore Comitum Conſiſtorianorum, inprimis SCHLIEFENII noſtri, Viri Illuſtriſſimi, ex merito celebrabit ac beniuolentiam collegarum cum amore commilitonum exorabit. Ad hanc igitur hora XI. audiendam ILLVSTRISSIMVM COMITEM, PROCANCELLARIVM PERILLVSTREM, DIVINAE HVMANAEQVE SAPIENTIAE MAGISTROS OMNES AC SINGVLOS CVM GENEROSISSIMIS ORNATISSIMISQVE COMMILITONIBVS ET QVI PRAETEREA LITTERIS FAVENT, ampliſſimis humaniſſimiſque verbis et meo et noui collegae nomine inuitatos cupio. P.P. in ACADEMIA MARBVRGICA a. d. XXII. Decembris CIↃIↃCCLXXIX. ſub Sigillo Academiae Maiore.

(L.S.)

Marburg, Diss., 1775-88

ULB Halle 3
005 359 880

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0029-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0030-5

1779, 1. / 263.

AVCTORITATE

# FRIDERICI II.

LANDGRAVII HASSORVM

*RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI*

ORATIONEM ADITIALEM

VIRI CLARISSIMI

## IOHANNIS BERINGII

PROF. PHILOS.

A. D. XXIV. DECEMBRIS AN. CIↃIↃCCLXXIX.

HAB.

INDICIT

## CAROLVS HENRICVS GEISLER

SER. LANDGR. CONS. REG. PROF. ORD. IVR.
PVBL. FAC. IVRID. ASS. ET ACAD.
H. T. PRORECTOR

---

*DISPVTANTVR INTVS NONNVLLA DE RETRACTV GENTILITIO INTER NOBILES IMP. IMMEDIATOS EX PRIVILEGIIS STATVTISQVE EQVESTRI BVS NON FVNDANDO.*

---

MARBVRGI
EX OFFICINA BAYRHOFERIA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764053-p0031-1